

INSTITUTIONUM D. IUSTINIANI

LIBER TERTIUS

LIBRO III

De la Instituta del Señor Justiniano

TIT. I

DE HEREDITATIBUS, QUAE AB INTESTATO DEFERUNTUR (1)

Intestatus decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non iure fecit, aut id, quod fecerat, ruptum irritumve factum est, aut (2) nemo ex eo heres extitit.

§ 1.—Intestatorum autem hereditates ex lege duodecim tabularum primum ad suos heredes pertinent.

§ 2.—Sui autem heredes existimantur, ut supra diximus (3), qui in potestate morientis fuerint, veluti filius filiae, nepos neptisve ex filio, pronepos proneptisve ex nepote ex (4) filio nato prognatus prognatave. Nec interest, utrum naturales sint liberi, an adoptivi. Quibus connumerari necesse est etiam eos, qui ex legitimis quidem matrimoniis non sunt progeniti, curiis tamen civitatum dati secundum divalium constitutionum, quae super his positae sunt, tenorem (5) suorum iura nanciscuntur: nec non eos, quos nostrae amplexae sunt constitutiones, per quas iusimus (6), si quis mulierem in suo contubernio copulaverit, non ab initio affectione maritali, eam tamen, cum qua poterat habere coniugium, et ex ea liberos sustulerit, postea vero, affectione procedente, etiam nuptialia instrumenta cum ea fecerit, et filios vel filias habuerit, non solum eos liberos, qui post dotem editi sunt, iustos et in potestate esse patribus (7), sed etiam anteriores, quia et iis, qui postea nati sunt, occasionem

TÍTULO I

DE LAS HERENCIAS QUE SE DEFIEREN AB INTESTATO

Fallece intestado, el que ó absolutamente no hizo testamento, ó no lo hizo en derecho, ó cuyo testamento, que había otorgado, se ha roto ó hecho irrito, ó por virtud del cual nadie ha sido heredero.

§ 1.—Mas las herencias de los intestados, según la ley de las Doce Tablas, pertenecen en primer lugar á los herederos suyos.

§ 2.—Mas son reputados herederos suyos, según antes hemos dicho, los que hubieren estado bajo la potestad del difunto, como el hijo ó la hija, el nieto ó la nieta habidos de un hijo, el biznieto ó la biznieta habido ó habida de un nieto nacido de un hijo. Y no importa que los descendientes sean naturales ó adoptivos. Entre los que es necesario contar también á los que verdaderamente no han nacido de legítimos matrimonios, pero que dados á las curias de las ciudades á tenor de las constituciones imperiales, que sobre el particular se han promulgado, adquieren los derechos de herederos suyos: y además á aquellos á quienes comprendieron nuestras constituciones, por las que mandamos, que si alguno se hubiere unido en contubernio á una mujer, no por afección marital al principio, con la que, sin embargo, podía celebrar matrimonio, y de la misma hubiere tenido hijos, si después, manifestándose aquel afecto, también hubiere otorgado con ella los instrumentos nupciales, y tenido hijos ó hijas, fuesen legi-

(1) *Gaj. III. §. 1. 2. 4. (ex Collat. XVI. 2.) §. 7. 8.; l. 11. C. de natur. lib. V. 27.; l. 10. C. de adopt. VIII. 48.; l. 12. C. de suis et legit. VI. 55.*

(2) *si, insertan Hal. Russ. Hot. Buch.*

(3) *Libro II. 19. 2.*

(4) *ex, omitela Gaj.*

(5) *Bien. Schr.; heredum, insertan los restantes.*

(6) *L. 11. C. de natur. lib. V. 27.*

(7) *Schr. Cod. con Theoph.; patris esse, los demás.*

legitimi nominis praestiterunt; quod obtinere censuimus, etiamsi non progeniti fuerint post dotale instrumentum confectum liberi, vel etiam nati ab hac luce fuerint subtracti. Ita demum tamen nepos neptisve, pronepos proneptisve (1) suorum heredum numero sunt, si praecedens persona desierit in potestate parentis esse, sive morte id acciderit, sive alia ratione, velut emancipatione; nam si per id tempus, quo quis moritur (2), filius in potestate eius sit, nepos ex eo suus heres esse non potest: idque et in ceteris deinceps liberorum personis dictum intelligimus. Postumi quoque, qui, si vivo parente nati essent, in potestate eius futuri forent, sui heredes sunt.

§ 3.—Sui autem etiam ignorantes fiunt heredes, et licet furiosi sint, heredes possunt existere, quia, quibus ex causis ignorantibus nobis acquiritur, ex his causis et furiosis acquiri potest. Et statim morte parentis quasi continuatur dominium, et ideo nec tutoris auctoritate opus est pupillis, quum etiam ignorantibus acquiratur suis heredibus hereditas; nec curatoris consensu acquiritur furioso, sed ipso iure.

§ 4.—Interdum autem, licet in potestate (3) mortis tempore suus heres non fuerit, tamen suus heres parenti efficitur, veluti si ab hostibus reversus quis fuerit post mortem patris; ius enim postliminii hoc facit.

§ 5.—Per contrarium evenit, ut, licet quis in familia defuncti sit mortis tempore, tamen suus heres non fiat, veluti si post mortem suam pater iudicatus fuerit perduellionis reus, ac per hoc memoria eius damnata fuerit; suum enim heredem habere non potest, quum fisco ei succedit. Sed potest dici, ipso iure suum heredem esse, sed desinere.

§ 6.—Quum filius filiae, et ex altero filio nepos neptisve extant, pariter ad hereditatem vocantur, nec qui gradu proximior est, ulteriorem excludit; aequum enim esse videtur, nepotes neptesque in patris sui locum succedere. Pari ratione et si nepos neptisve sit ex filio, et ex nepote pronepos proneptisve, simul vocantur. Et quia placuit, nepotes neptesve, item pronepotes proneptesve in parentis sui locum succedere, conveniens esse visum est, non in capita, sed in stirpes hereditatem dividi, ut filius partem dimidiam hereditatis habeat, et ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam: item si ex duobus filiis nepotes extant, ex altero unus forte aut duo, ex altero tres aut quatuor, ad unum aut duos dimidia pars pertineat, ad tres vel quatuor altera dimidia.

§ 7.—Quum autem quaeritur, an quis suus he-

timos y estuviesen bajo su potestad no solamente aquellos hijos que nacieron después de la dote, sino también los anteriores, porque dieron á los que nacieron después ocasión para su legitimo nombre; lo que mandamos observar, aun cuando no se hubieren procreado hijos después de otorgado el instrumento dotal, y también aunque los nacidos hubieren sido arrebatados de este mundo. Sin embargo, el nieto ó la nieta, el biznieto ó la biznieta sólo se cuentan en el número de los herederos suyos, si la persona que les precede hubiere dejado de estar bajo la potestad del ascendiente, ya haya ocurrido esto por muerte, ya por otra razón, como la emancipación; porque si al tiempo que cualquiera muriese, se hallare bajo su potestad el hijo, el nieto habido de él no puede ser heredero suyo: y esto lo entendemos también dicho respecto á las demás sucesivas personas de los descendientes. Los póstumos que, si hubiesen nacido en vida de su ascendiente, habrían de haber estado bajo su potestad, son igualmente herederos suyos.

§ 3.—Mas los suyos se hacen herederos aun ignorándolo, y aunque estén locos pueden ser herederos, porque por las mismas causas que se adquiere para nosotros sin saberlo, se puede adquirir también para los locos. E inmediatamente después de la muerte del ascendiente cuasi se continúa el dominio, y por consiguiente, ni de la autoridad del tutor necesitan los pupilos, como quiera que, aun ignorándolo ellos, se adquiere la herencia para los herederos suyos; y ni por el consentimiento del curador, sino de pleno derecho, se adquiere para el loco.

§ 4.—A veces, sin embargo, aunque el heredero suyo no hubiere estado bajo potestad al tiempo de la muerte, se hace, no obstante, heredero suyo del ascendiente, como si alguno hubiere regresado de los enemigos después de la muerte del padre; pues este es el efecto del derecho de postliminio.

§ 5.—Sucede, por el contrario, que, aun cuando alguno esté en la familia del difunto al tiempo de la muerte, no se haga, sin embargo, heredero suyo, como si después de su muerte hubiere sido juzgado el padre reo de alta traición, y por esto hubiere sido condenada su memoria; pues no puede tener heredero suyo, puesto que el fisco le sucede. Mas puede decirse que por estricto derecho hay heredero suyo, pero que deja de serlo.

§ 6.—Cuando existen un hijo ó una hija, y un nieto ó una nieta habidos de otro hijo, son llamados juntamente á la herencia, y el que es más próximo en grado no excluye al más distante; pues parece que es equitativo que los nietos y las nietas sucedan en el lugar de su padre. Por la misma razón, si existiere un nieto ó una nieta habidos de un hijo, y un biznieto ó biznieta habidos de un nieto, son llamados conjuntamente. Y como plugo que los nietos ó las nietas, y los biznietos ó las biznietas sucedieran en el lugar de su padre, pareció que era conveniente que la herencia se dividiera no por cabezas sino por estirpes, de suerte que el hijo tenga la mitad de la herencia, y los dos ó más nietos habidos del otro hijo la otra mitad: igualmente, si quedan nietos habidos de dos hijos, por ejemplo, uno ó dos del uno, y tres ó cuatro del otro, al uno ó á los dos pertenezca la mitad, y á los tres ó á los cuatro la otra mitad.

§ 7.—Mas cuando se pregunta si alguno puede

(1) pronepos proneptisve, omitelas Cont.

(2) Hal. Russ. Hot. Cont. Gaj.; moriatur, Schr.; moreretur, Cuj. y los demás.

(3) Cont. Bien. Schr.; parentis, insertan los demás.

res existere possit, eo tempore quaerendum est, quo certum est, aliquem sine testamento decessisse: quod accidit et destituto testamento. Hac ratione, si filius exheredatus fuerit et extraneus heres institutus (1), et, filio mortuo postea, certum fuerit, heredem institutum ex testamento non fieri heredem, aut quia noluit esse heres, aut quia non potuit, nepos avo suus heres existet, quia, quo tempore certum est, intestatum decessisse patremfamilias, solus invenitur nepos: et hoc certum est.

§ 8.—Et licet post mortem avi natus sit, tamen avo vivo conceptus, mortuo patre eius, posteaque deserto avi testamento, suus heres efficitur. Plane si et conceptus et natus fuerit post mortem avi, mortuo patre suo, desertoque postea avi testamento, suus heres avo non existet, quia nullo iure cognationis patrem sui patris tetigit. Sic nec ille est inter liberos avo, quem filius emancipatus adoptaverat. Hi autem, quum non sint quantum ad hereditatem liberi, neque bonorum possessionem petere possunt quasi proximi cognati. Haec de suis heredibus.

§ 9.—Emancipati autem liberi iure civili nihil iuris habent; neque enim sui heredes sunt, quia (2) in potestate parentis esse desierunt, neque ullo alio iure per legem duodecim tabularum vocantur. Sed praetor, naturali aequitate motus, dat iis bonorum possessionem Unde liberi, perinde ac si in potestate parentis tempore mortis fuissent, sive soli sint, sive cum suis heredibus concurrant. Itaque duobus liberis extantibus, emancipato et qui tempore mortis in potestate fuerit, sane quidem is, qui in potestate fuerit, solus iure civili heres est, id est solus suus heres est; sed quum emancipatus beneficio praetoris in partem admittitur, evenit, ut suus heres pro parte heres fiat.

§ 10.—At hi, qui emancipati a parente in adoptionem se dederunt, non admittuntur ad bona naturalis patris quasi liberi, si modo, quum is moreretur, in adoptiva familia sint (3). Nam vivo eo emancipati ab adoptivo patre perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac si emancipati ab ipso essent, nec unquam in adoptiva familia fuissent; et convenienter, quod ad adoptivum patrem pertinet, extraneorum loco esse incipiunt. Post mortem vero naturalis patris emancipati ab adoptivo, et quantum ad hunc, aequae extraneorum loco fiunt, et quantum ad naturalis parentis bona pertinet, nihilo magis liberorum gradum nanciscuntur: quod ideo sic placuit, quia iniquum erat, esse in potestate patris adoptivi, ad quos bona naturalis patris pertinerent, utrum ad liberos eius, an ad agnatos.

§ 11.—Minus ergo iuris habent adoptivi, quam

ser heredero suyo, se ha de investigar el tiempo en que resulta cierto que alguien murió sin testamento: lo que también acontece, abandonado un testamento. Por esta razón, si hubiere sido desheredado un hijo é instituido heredero un extraño, y, muerto después el hijo, hubiere sido cierto, que el heredero instituido no llega á ser heredero por virtud del testamento, ó porque no quiso ser heredero, ó porque no pudo, el nieto es para el abuelo heredero suyo, porque, al tiempo en que resulta cierto que el padre de familia falleció intestado, sólo se halla el nieto; y esto no admite duda.

§ 8.—Y aunque haya nacido después de la muerte del abuelo, bien que concebido en vida suya, muerto su padre y dejado después desierto el testamento de su abuelo, se hace heredero suyo. Mas si, á la verdad, hubiere sido concebido y hubiere muerto después de la muerte del abuelo, muerto su padre y dejado después desierto el testamento de su abuelo, no llegará á ser para el abuelo heredero suyo, porque no tocó por ningún vínculo de cognación al padre de su padre. Y así, tampoco está para el abuelo entre los descendientes aquel á quien su hijo emancipado había adoptado. Mas éstos, como quiera que no sean descendientes en cuanto á la herencia, no pueden pedir ni la posesión de bienes como próximos cognados. Esto, en cuanto á los herederos suyos.

§ 9.—Mas los hijos emancipados, según el derecho civil no tienen ningún derecho; pues ni son herederos suyos, porque dejaron de estar bajo la potestad del ascendiente, ni son llamados con ningún otro título por la ley de las Doce Tablas. Mas el pretor, movido de equidad natural, les da la posesión de bienes *Unde liberi*, del mismo modo que si hubieren estado bajo la potestad del ascendiente al tiempo de su muerte, ya sean solos, ya concurren con herederos suyos. Y así, quedando dos hijos, uno emancipado y otro que al tiempo de la muerte se hubiere hallado bajo potestad, ciertamente este, que hubiere estado bajo potestad, es el único heredero por derecho civil, esto es, el solo heredero suyo; pero como el emancipado es admitido á la parte por el beneficio del pretor, resulta que el heredero suyo se hace heredero por una parte.

§ 10.—Mas los que emancipados por un ascendiente se dieron en adopción, no son admitidos como hijos á los bienes de su padre natural, si cuando éste muriese se hallaren en su familia adoptiva. Porque emancipados en vida de él por el padre adoptivo, son admitidos á los bienes del padre natural, del mismo modo que si hubiesen sido emancipados por el mismo, y nunca hubiesen estado en la familia adoptiva; y consiguientemente, en cuanto respecta al padre adoptivo, comienzan á estar en el lugar de extraños. Mas, emancipados por el adoptivo después de la muerte del padre natural, se hacen igualmente extraños respecto á aquél, y en cuanto á los bienes de su padre natural respecta, no por eso adquieren la condición de hijos: lo que se estableció de este modo, porque era inicuo que estuviere en la facultad del padre adoptivo determinar á quiénes pertenecerían los bienes del padre natural, si á sus hijos ó á los agnados.

§ 11.—Menos derecho tienen, pues, los adopti-

(1) est, insertan *Cuj. Bien. Buch*

(2) qui, *Hal. Russ. Cont.*

(3) *Bien. Buch. Schr.*; fuerint, los restantes contra todos los códigos de *Russ.*

naturales: namque naturales emancipati beneficio praetoris gradum liberorum retinent, licet iure civili perdant; adoptivi vero emancipati et iure civili perdunt gradum liberorum, et a praetore non adiuvantur. Et recte: naturalia enim iura civilis ratio perimere non potest, nec, quia desinunt sui heredes esse, desinere possunt filii filiaeve aut nepotes neptesve esse; adoptivi vero emancipati extraneorum loco incipiunt esse, quia ius nomenque filii filiaeve, quod per adoptionem consecuti sunt, alia civili ratione, id est emancipatione, perdunt.

§ 12.—Eadem haec observantur et in ea bonorum possessione, quam contra tabulas testamenti parentis liberis praeteritis, id est neque heredibus institutis, neque ut oportet exheredatis, praetor pollicetur. Nam eos quidem, qui in potestate parentis mortis tempore fuerint, et emancipatos vocat praetor ad eam bonorum possessionem; eos vero, qui in adoptiva familia fuerint per hoc tempus, quo naturalis parens moreretur, repellit: item adoptivos liberos emancipatos ab adoptivo patre, sicut ab intestato, ita longe minus contra tabulas testamenti ad bona eius (1) admittit, quia desinunt in (2) numero liberorum esse.

§ 13.—Admonendi tamen sumus, eos, qui in adoptiva familia sunt, quive post mortem naturalis parentis ab adoptivo patre emancipati fuerint, intestato parente naturali mortuo, licet ea parte edicti, qua liberi ad bonorum possessionem vocantur, non admittantur, alia tamen parte vocari, id est qua cognati defuncti vocantur. Ex qua parte ita admittuntur, si neque sui heredes liberi, neque emancipati obstant, neque agnatus quidem ullus interveniat; ante enim praetor liberos vocat tam suos heredes quam emancipatos, deinde legitimos heredes, deinde proximos cognatos.

§ 14.—Sed ea omnia antiquitati quidem placuerunt; aliquam autem emendationem a nostra constitutione (3) acceperunt, quam super his personis posuimus, quae a patribus suis naturalibus in adoptionem aliis dantur. Invenimus etenim nonnullos casus, in quibus filii et naturalium parentum successionem propter adoptionem amittebant, et, adoptione facile per emancipationem soluta, ad neutrius patris successionem vocabantur. Hoc solito more corrigentes, constitutionem scripsimus, per quam definitivimus, quando parens naturalis filium suum adoptandum alii dederit, integra omnia iura ita servari, atque si in patris naturalis potestate permansisset, nec penitus adoptio fuisset subsecuta, nisi in hoc tantummodo casu, ut possit ab intestato ad patris adoptivi venire successionem. Testamento autem ab eo facto, neque iure civili neque praetorio ex hereditate eius aliquid persequi potest, neque contra tabulas bonorum possessione agnita neque inof-

vos que los naturales: porque los naturales emancipados retienen por el beneficio del pretor su condición de hijos, aunque la pierdan por derecho civil; pero los adoptivos emancipados pierden igualmente por el derecho civil su condición de hijos, y no son favorecidos por el pretor. Y esto con razón: pues la ley civil no puede destruir los derechos naturales, ni porque dejan de ser herederos suyos, pueden dejar de ser hijos ó hijas, ó nietos ó nietas; mas los adoptivos emancipados comienzan á estar en el lugar de extraños, porque pierden por otra causa civil, esto es, por la emancipación, el derecho y el título de hijo ó de hija que consiguieron por la adopción.

§ 12.—Estas mismas reglas se observan también en la posesión de bienes que el pretor promete contra las tablas del testamento del ascendiente á los hijos preteridos, esto es, á los que ni han sido instuidos herederos, ni desheredados según conviene. Porque el pretor llama á esta posesión de bienes de manera á aquellos que hubieren estado bajo la potestad del ascendiente al tiempo de la muerte, y también á los emancipados; pero rechaza á aquellos que hubieren estado en la familia adoptiva al tiempo en que muriese el ascendiente natural: del mismo modo, á los hijos adoptivos emancipados por el padre adoptivo, así como los rechaza del abintestato, mucho menos los admite á los bienes de aquél contra las tablas del testamento, porque dejan de estar en el número de sus hijos.

§ 13.—Debemos advertir, sin embargo, que aquellos que están en la familia adoptiva, ó los que después de la muerte del ascendiente natural hubieren sido emancipados por el padre adoptivo, muerto intestado el ascendiente natural, aunque no sean admitidos en aquella parte del edicto en que son llamados los hijos á la posesión de bienes, son, sin embargo, llamados en otra parte, esto es, en la que se llama á los cognados del difunto. En cuya parte son admitidos, en el caso de que no lo impidan ni hijos herederos suyos ni emancipados, y de que no intervenga ciertamente ningún agnado; pues en primer lugar el pretor llama á los hijos, tanto herederos suyos como emancipados, después á los herederos legítimos, y por último á los cognados próximos.

§ 14.—Pero todo esto es ciertamente lo que se halló establecido en la antigüedad; mas recibió alguna enmienda por una constitución nuestra, que promulgamos respecto á las personas que por sus padres naturales son dadas en adopción á otras. Hallamos, en efecto, algunos casos en que los hijos perdían por la adopción la sucesión de sus padres naturales, y disuelta fácilmente la adopción por la emancipación, no eran llamados á la sucesión de ningún padre. Corrigiendo esto según nuestra costumbre, redactamos una constitución por la que establecimos, que cuando un padre natural hubiere dado á otro para que lo adoptase á un hijo suyo, se conserven á éste íntegros todos los derechos, del mismo modo que si hubiese permanecido bajo la potestad de su padre natural, y en manera alguna se hubiese verificado la adopción, salvo tan sólo en el caso de que pueda acudir *ab intestato* á la sucesión de su padre adoptivo. Mas hecho testamento por éste, no puede recla-

(1) non, que sin cambiar el sentido puede suprimirse insertan Hal. Russ. Cont. Hot. Cuj., contra todos los códigos de Russ.

(2) Hal. Russ. Buch. Schr.; in, omittenda los restantes.
(3) L. 10. C. de adopt. VIII. 48.

ficiosi querela instituta, quum nec necessitas patri adoptivo imponitur, vel heredem eum instituere vel exheredatum facere, utpote nullo vinculo naturali copulatum, neque si ex Sabiniano senatusconsulto ex tribus maribus fuerit adoptatus; nam et in huiusmodi casu neque quarta ei servatur, neque ulla actio ad eius persecutionem ei competit. Nostra autem constitutione exceptus est is, quem parens naturalis adoptandum suscepit; utroque enim iure, tam naturali quam legitimo, in hanc personam concurrente, pristina iura tali adoptioni (1) servavimus, quemadmodum si paterfamilias se dederit arrogandum. Quae specialiter et singulatim ex praefatae constitutionis tenore possunt colligi.

§ 15.—Item vetustas, ex masculis progenitos plus diligens, solos nepotes vel neptes (2), qui quaeve (3) ex virili sexu descendunt, ad suorum vocabat successionem, et iuri (4) agnatorum eos anteponebat; nepotes autem, qui ex filiabus nati sunt, et pronepotes ex neptibus cognatorum loco numerans, post agnatorum lineam eos vocabat tam in avi vel proavi materni, quam in aviae vel proaviae, sive paternae sive maternae, successionem. Divi autem principes non passi sunt talem contra naturam iniuriam sine competente emendatione relinquere; sed quum nepotis et pronepotis nomen commune est utrisque, qui tam ex masculis quam ex feminis descendunt, ideo eundem gradum et ordinem successionis eis donaverunt; sed ut amplius aliquid sit iis, qui non solum naturae, sed etiam veteris iuris suffragio muniuntur, portionem nepotum vel neptum vel deinceps, de quibus supra diximus, paulo minuendam esse existimaverunt, ut minus tertia parte (5) acciperent, quam mater eorum vel avia fuerat acceptura, vel pater eorum vel avus, paternus sive maternus, quando femina mortua sit, cuius de hereditate agitur, iisque, licet soli sint, adeuntibus, agnatos minime vocabant. Et quemadmodum lex duodecim tabularum filio mortuo nepotes vel neptes, pronepotes vel proneptes in locum patris sui ad successionem avi vocat, ita et principalis dispositio in locum matris suae vel aviae eos cum iam designata partis tertiae deminutione vocat.

§ 16.—Sed nos, quum adhuc dubitatio manebat inter agnatos et memoratos nepotes, quartam partem substantiae defuncti agnatis sibi vindicantibus ex cuiusdam constitutionis auctoritate; memoratam quidem constitutionem a nostro Codice segregavimus, neque inseri eam ex Theodosiano Codice in eo concessimus. Nostra autem constitutione promulgata toti iuri eius derogatum est (6), et sanximus, talibus nepotibus ex filia vel pronepotibus ex nepte et deinceps super-

mar ninguna cosa de su herencia ni por derecho civil ni por el pretoriano, ni por la posesión de bienes concedida *contra tabulas*, ni por la querela establecida por inoficiosidad, puesto que no se impone al padre adoptivo la necesidad, ó de instituirlo heredero ó de desheredarlo, como quiera que no le está unido por ningún vínculo natural, y ni aunque hubiere sido adoptado escogido entre tres varones según el senadoconsulto Sabiniano; porque ni aun en este caso se le reserva la cuarta, ni le compete ninguna acción para reclamarla. Mas en nuestra constitución ha sido exceptuado aquel á quien un ascendiente natural hubiere tomado en adopción; pues concurriendo en esta persona uno y otro derecho, así el natural como el civil, hemos conservado á tal adopción sus antiguos derechos, lo mismo que si un padre de familia se hubiere dado en adrogación. Cuyas disposiciones pueden ser conocidas especial y circunstanciadamente por el texto de la susodicha constitución.

§ 15.—De igual modo, estimando más la antigüedad á los descendientes de varones, llamaba á la sucesión de los suyos, y los antepone al derecho de los agnados, solamente á los nietos ó á las nietas que descienden por línea de varón; mas, contando á los nietos que nacieron de hijas, y á los biznietos habidos de nietas en el orden de los cognados, los llamaba después de la línea de los agnados, así á la sucesión del abuelo ó del bisabuelo materno, como á la de la abuela ó de la bisabuela, ya paterna, ya materna. Pero los divinos principes no consintieron que quedase sin la competente enmienda tal injuria contra la naturaleza; sino que siendo el título de nieto y de biznieto común á todos los que descienden así de varones como de hembras, les dieron por ello el mismo grado y orden de sucesión; mas para que alguna cosa de más tuviesen aquellos que están favorecidos no sólo por el voto de la naturaleza sino también por el del antiguo derecho, juzgaron que la porción de los nietos ó de las nietas ó de los demás descendientes, de que arriba hemos hablado, debía ser disminuída algún tanto, de modo que recibiesen una tercera parte menos de la que habría de haber recibido su madre ó su abuela, ó bien su padre ó su abuelo, paterno ó materno, cuando sea una hembra la difunta de cuya herencia se trata, y aunque sólo hubiera estos, haciendo ellos adición de la herencia, no llamaban en manera ninguna á los agnados. Y así como la ley de las Doce Tablas, muerto el hijo, llama á los nietos ó á las nietas, á los biznietos ó á las biznietas á la sucesión del abuelo en el lugar de su padre, así también la disposición imperial los llama en el lugar de su madre ó de su abuela, con la ya indicada disminución de la tercera parte.

§ 16.—Pero nosotros, como quedaba todavía alguna duda entre los agnados y los mencionados nietos, por vindicar para sí los agnados la cuarta parte de los bienes del difunto en virtud de cierta constitución, segregamos ciertamente de nuestro Código la indicada constitución, y no permitimos que en él fuese insertada tomándola del Código Teodosiano. Antes bien, por una constitución nuestra promulgada se derogó todo el derecho de aquella, y sancionamos que, sobreviviendo tales

(1) adoptione, *Schr.*

(2) vel neptes, *omitelas Cuj.*

(3) quaeve, *omitentia Cuj. Bten. Buch. y todos los códigos de Russ.*

(4) iure, *Hal. Russ. contra todos los códigos de Russ.*

(5) tertiam partem, *Cuj. Schr.*

(6) *L. 12. C. de suis et legit. VI. 55.*

stitibus, agnatos nullam partem mortui successio- nis sibi vindicare, ne hi, qui ex transversa linea veniunt, potiores iis habeantur, qui recto iure descendunt. Quam constitutionem nostram obtinere secundum sui vigorem et tempora et nunc sancimus, ita tamen, ut, quemadmodum inter filios et nepotes ex filio antiquitas statuit, non in capita, sed in stirpes dividi hereditatem, similiter nos inter filios et nepotes ex filia distributionem fieri iubeamus, vel inter omnes (1) nepotes et neptes (2), et alias deinceps personas; ut utraque progenies matris suae vel patris, aviae vel avi portionem sine ulla deminutione consequatur, ut, si forte unus vel duo ex una parte, ex altera tres aut quatuor extent, unus aut duo dimidiam, alii tres aut quatuor alteram dimidiam hereditatis habeant.

TIT. II

DE LEGITIMA AGNATORUM SUCCESSIONE (3)

Si nemo suus heres vel eorum, quos inter suos heredes praetor vel constitutiones vocant, extat (4), qui successione quoquo modo amplectatur, tunc ex lege duodecim tabularum ad agnatum proximum hereditas pertinet.

§ 1.—Sunt autem agnati, ut primo quoque libro tradidimus (5), cognati per virilis sexus personas cognatione coniuncti, quasi a patre cognati. Itaque eodem patre nati fratres agnati sibi sunt, qui et consanguinei vocantur, nec requiritur, an etiam eandem matrem habuerint: item patruus fratris filio, et invicem is illi agnatus est: eodem numero sunt fratres patruales, id est qui ex duobus fratribus procreati sunt, qui etiam consobrini vocantur; qua ratione etiam ad plures gradus agnationis pervenire poterimus. Ii quoque, qui post mortem patris nascuntur, iura consanguinitatis nanciscuntur. Non tamen omnibus simul agnatis dat lex hereditatem, sed iis, qui tunc proximio gradu sunt, quum certum esse coeperit, aliquem intestatum decessisse.

§ 2.—Per adoptionem quoque agnationis ius consistit, veluti inter filios naturales et eos, quos pater eorum adoptavit, nec dubium est, quin improprie (6) consanguinei appellentur: item si quis ex ceteris agnatis (7), veluti frater aut patruus aut denique is, qui longiore gradu est, adoptaverit aliquem, agnatos (8) inter suos (9) esse non dubitatur.

§ 3.—Ceterum inter masculos quidem agnationis iure hereditas etiam longissimo gradu ultro citroque capitur; quod ad feminas vero, ita place-

nietos habidos de una hija ó biznietos nacidos de una nieta y otros descendientes, no vindicasen para sí los agnados ninguna parte de la sucesión del difunto, á fin de que los que vienen de línea transversal no sean preferidos á los que descienden por línea recta. Cuya constitución mandamos también ahora observar según su tenor y su fecha, pero de suerte que, de la manera como la antigüedad estableció que la herencia se dividiese entre los hijos y los nietos nacidos de un hijo, no por cabezas sino por stirpes, de la misma mandamos que se haga la distribución entre los hijos y los nietos descendientes de una hija, ó entre todos los nietos y las nietas, y las demás personas descendientes; á fin de que cada progenie reciba sin ninguna disminución la porción de su madre ó de su padre, de su abuela ó de su abuelo, de modo que, si por acaso existiesen uno ó dos de una parte, y tres ó cuatro de otra, el uno ó los dos tengan la mitad, y los otros tres ó cuatro la otra mitad de la herencia.

TÍTULO II

DE LA SUCESIÓN LEGÍTIMA DE LOS AGNADOS

Si no hay ningún heredero suyo, ó ninguno de los que el pretor ó las constituciones llaman entre los herederos suyos, que de un modo cualquiera abrace la sucesión, entonces por la ley de las Doce Tablas pertenece la herencia al próximo agnado.

§ 1.—Mas, son agnados, como ya hemos dicho en el primer libro, los cognados unidos en parentesco por personas del sexo viril, como cognados por el padre. Y así, los hermanos nacidos de un mismo padre son entre sí agnados, los cuales se llaman también consanguíneos, y no se requiere que hayan tenido además la misma madre: de igual modo, el tío paterno es agnado del hijo del hermano, y recíprocamente éste de aquél: en el mismo número están los hermanos por tíos paternos, esto es, los hijos habidos de dos hermanos, que también se llaman primos hermanos; en cuya cuenta podremos llegar todavía á otros muchos grados de agnación. Los que nacen después de la muerte del padre, adquieren también los derechos de la consanguinidad. Mas la ley no da simultáneamente á todos los agnados la herencia, sino á aquellos que se hallan en grado más próximo, al tiempo en que hubiere comenzado á ser cierto que alguno murió intestado.

§ 2.—También por la adopción se establece el derecho de agnación, por ejemplo, entre los hijos naturales y los que el padre de ellos adoptó, y no hay duda de que, aunque impropriamente, sean llamados consanguíneos: del mismo modo, si alguno de los demás agnados, como el hermano, ó un tío paterno, ó finalmente el que se halla en grado más distante, hubiere adoptado á alguien, no hay duda que está entre sus agnados.

§ 3.—Por lo demás, entre varones se adquiere á la verdad recíprocamente por derecho de agnación la herencia, aun en el grado más distante;

(1) omnes, omitenla Rien. Buch.

(2) et inter pronepotes et proneptos, insertan Hal. Russ. Cont. Hot.

(3) Gaj. III. §. 9-11; l. 11. C. de legit. hered. VI. 58.

(4) et, insertan Schr. y todos los códices de Russ.

(5) Véase Libro I. 15. 1.

(6) proprie, Schr.; hi proprie, Cont., con Cuj. También Theoph. parece contrariar la lectura del texto.

(7) Bien. Buch. Schr., y todos los códices de Russ.; tuis, insertan los restantes.

(8) agnatus, Hal. Russ. Cont.; v. la nota siguiente.

(9) suos heredes, Hal. Russ.; tuos, Hot.; inter suos agnatos, Buch.

bat, ut ipsae consanguinitatis iure tantum capiant hereditatem, si sorores sint, ulterius non capiant, masculi autem ad eorum hereditates, etiamsi longissimo gradu sint, admittantur. Quae de causa fratris tui aut patris tui filiae, vel amicae tuae hereditas ad te pertinet, tua vero ad illas non pertinebat. Quod ideo ita constitutum erat, quia commodius videbatur ita iura constitui, ut plerumque hereditates ad masculos confluerent. Sed quia sane iniquum erat, in universum eas quasi extraneas repelli, praetor eas ad bonorum possessionem admittit ea parte, qua proximitatis nomine bonorum possessionem pollicetur; ex qua parte ita scilicet admittuntur, si neque agnatus ullus, neque proximior cognatus interveniat. Et haec quidem lex duodecim tabularum nullo modo introduxit, sed simplicitatem legibus amicam amplexa simili modo omnes agnatos, sive masculos sive feminas, cuiuscunque gradus, ad similitudinem suorum, invicem ad successionem vocabat. Media autem iurisprudencia, quae erat lege duodecim tabularum iunior, imperiali autem dispositione anterior, subtilitate quadam excogitata, praefatam differentiam inducebat, et penitus eas a successione agnatorum repellebat, omnia alia successione incognita; donec praetores, paulatim asperitatem iuris civilis corrigentes, sive quod deerat adimplentes, humano proposito alium ordinem suis edictis addiderunt, et cognationis linea proximitatis nomine introducta, per bonorum possessionem eas adiuvabant, et pollicebantur his bonorum possessionem, quae Unde cognati appellatur. Nos vero, legem duodecim tabularum sequentes, et eius vestigia in hac parte conservantes, laudamus quidem praetores suae humanitatis, non tamen eos in plenum causae mederi invenimus. Quare etenim, uno eodemque gradu naturali concurrente, et agnationis titulis tam in masculis quam in feminis aequa lance constitutis, masculis quidem dabatur ad successionem venire omnium agnatorum, ex agnatis autem mulieribus nulli (1) penitus, nisi soli sorori, ad agnatorum successionem patebat aditus? Ideo in plenum omnia reducentes, et ad ius duodecim tabularum eandem dispositionem exaequant, nostra constitutione (2) sanximus, omnes legitimas personas, id est per virilem sexum descendentes, sive masculini sive feminini generis sint, simili modo ad iura successionis legitimae ab intestato vocari secundum gradus sui praerogativam, nec ideo excludendas, quia consanguinitatis iura, sicut germanae, non habent.

§ 4.—Hoc etiam addendum nostrae constitutioni existimavimus, ut transferatur unus tantummodo gradus a iure cognationis in legitimam successionem, ut non solum fratris filius et filia, secundum quod iam definivimus, ad successionem patri sui vocentur, sed etiam germanae consanguineae vel sororis uterinae filius et filia soli, et non deinceps personae una cum his ad iura avunculi sui perveniant, et mortuo eo, qui patruus qui-

(1) nullis, *Schr.*

mas respecto á las mujeres, se establecía que adquiriesen por derecho de consanguinidad la herencia solamente si fuesen hermanas, y que de grado más lejano no la obtuviesen, pero que los varones fueran admitidos á las herencias de ellas, aunque fuesen de grado remotísimo. Por cuya causa, la herencia de la hija de tu hermano, ó de tu tío paterno, ó de tu tía paterna te pertenece, pero la tuya no les pertenecía á ellas. Lo que se había así establecido, porque parecía más ventajoso que los derechos estuviesen constituidos de modo, que por lo general las herencias afluyesen á los varones. Mas como, á la verdad, era inícuo que fuesen universalmente repelidas como extrañas, el pretor las admite á la posesión de bienes en aquella parte en que promete dicha posesión á título de la proximidad; en cuya parte son á la verdad admitidas, en el caso de que no haya ningún agnado, ni ningún cognado más próximo. Y ciertamente la ley de las Doce Tablas no introdujo en modo alguno estas distinciones, sino que, inclinada á una sencillez favorable á las leyes, llamaba recíprocamente á la sucesión del mismo modo á todos los agnados, ya varones ya hembras, de cualquier grado, á semejanza de los herederos suyos. Mas esta jurisprudencia media, que era posterior á la ley de las Doce Tablas, pero anterior á la legislación imperial, introducía, considerada cierta sutileza, la antedicha diferencia, y las repelia en absoluto de la sucesión de los agnados, siendo desconocida toda otra sucesión; hasta que los pretores, corrigiendo paulatinamente la aspereza del derecho civil, ó llenando sus lagunas, añadieron con humanitario propósito otro orden en sus edictos, é introducida la línea de la cognación con el título de proximidad, las auxiliaban con la posesión de bienes, y les prometían la posesión de bienes que se llama *Unde cognati*. Mas nosotros, siguiendo la ley de las Doce Tablas y conservando en esta parte sus vestigios, alabamos ciertamente á los pretores por su humanidad, pero no juzgamos que remediaran por completo el mal. ¿Por qué, en efecto, concurriendo uno y el mismo grado natural, y constituidos con igual fuerza los títulos de la agnación así en los varones como en las hembras, era dado ciertamente á los varones acudir á la sucesión de todos los agnados, y sin embargo absolutamente á ninguna de las mujeres agnadas, salvo sólo á la hermana, quedaba franca la entrada á la sucesión de los agnados? Por ello, completando de esto é igualando dicha disposición al derecho de las Doce Tablas, sancionamos en una constitución nuestra, que todas las personas legítimas, esto es, descendientes por sexo viril, ya sean del género masculino ya del femenino, sean de igual modo llamadas, según la prerogativa de su grado, á los derechos de la sucesión legítima *ab intestato*, sin que deban ser excluidas porque no tienen, como las hermanas, los derechos de consanguinidad.

§ 4.—También creímos deber añadir esto á nuestra constitución, que tan sólo se transfiera un grado de la línea de cognación á la sucesión legítima, de suerte que no solamente el hijo y la hija del hermano sean llamados, según lo que ya hemos expuesto, á la sucesión de su tío paterno, sino que también el hijo y la hija de una hermana consanguínea ó uterina lleguen, pero sólo ellos y no otras personas de más allá, juntamente con

(2) *L. 14. C. de legít. hered. VI. 58.*

dem est fratris sui filiis, avunculus autem sororis suae soboli, simili modo ab utroque latere succedant, tanquam si omnes, ex masculis descendentes, legitimo iure veniant, scilicet ubi frater et soror superstites non sunt. His etenim personis praecedentibus et successionem admittentibus, ceteri gradus remanent penitus semoti; videlicet hereditate non ad stirpes, sed in capita dividenda.

§ 5.—Si plures sint gradus agnatorum, aperte lex duodecim tabularum proximum vocat: itaque si verbi gratia sit defuncti frater, et alterius fratris filius, aut patruus, frater potior habetur. Et quamvis singulari numero usa lex proximum vocet, tamen dubium non est, quin, et si plures sint eiusdem gradus, omnes admittantur: nam et proprie proximus ex pluribus gradibus intelligitur, et tamen dubium non est, quin, licet unus sit gradus agnatorum, pertineat ad eos hereditas.

§ 6.—Proximus autem, si quidem nullo testamento facto quisquam decesserit, per hoc tempus requiritur, quo mortuus est is, cuius de hereditate quaeritur. Quodsi facto testamento quisquam decesserit, per hoc tempus requiritur, quo certum esse coeperit, nullum ex testamento heredem extitutum, tunc enim proprie quisque intestatus decessisse intelligitur: quod quidem aliquando longo tempore declaratur; in quo spatio temporis saepe accidit, ut, proximior mortuo, proximus esse incipiat, qui moriente testatore non erat proximus.

§ 7.—Placebat autem in eo genere percipiendarum hereditatum successionem non esse, id est ut, quamvis proximus, qui secundum ea, quae diximus, vocatur ad hereditatem, aut spreverit hereditatem, aut antequam adeat decesserit, nihilo magis legitimo iure sequentes admittantur. Quod iterum praetores, imperfecto iure corrigentes, non in totum sine adminiculo relinquebant, sed ex cognatorum ordine eos vocabant, utpote agnationis iure iis recluso. Sed nos, nihil deesse perfectissimo iuri cupientes, nostra constitutione (1), quam de iure patronatus humanitate suggerente protulimus, sanximus, successionem in agnatorum hereditatibus non esse iis denegandam, quum satis absurdum erat, quod cognatis a praetore apertum est, hoc agnatis esse reclusum; maxime quum in onere quidem tutelarum et primo (2) gradu deficiente sequens succedit, et, quod in onere obtinebat, non erat in lucro permissum.

§ 8.—Ad legitimam successionem nihilominus vocatur etiam parens, qui contracta fiducia filium vel filiam, nepotem vel neptem, ac deinceps emancipat. Quod ex nostra constitutione (3) omnimodo inducitur, ut emancipationes liberorum semper videantur contracta fiducia fieri, quum apud an-

